

## BISTRIȚA / BISTRITZ / BESZTERCE

1538.01.11

*Hotărâre a Sfatului care interzice șezătorile tinerilor.*

Feria sexta proxima post Epiphaniarum domini

Senatus decretum super conventicula iuventutis

Actum est super vita iuventutis inordinata utriusque sexus quomodo de veteri malaque consuetudine minusque christiana solita sunt conventicula ad id specificata domo fieri, ubi sub plurimam noctem puelle nere deberent eoque pretextu, tandem ipsi iuvenes et adolescentes in idem loci accedant multasque res turpes, que non decent iuventutem christianam ibidem perpetrant. Ex quo autem omnes scortacio et immundicia nequidem inter christianos nominari debeat, huiusmodi fomenta malice et turpitudinis prorsus submoveri volentes statutum atque conclusum est: ut deinceps in posterum huiusmodi hospicia ac conventicula iuventutis utriusque sexus fieri nequaquam et nusquam celebrari atque haberi deberent, sub pena dominorum pro tempore existentium nota, ali alioquin enim homo esset ab incunabilis ad malum pronus.

SJAN-CJ, POB, III3, 22v-23r

